



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 93. Pax Gallos inter & Hispanos firmata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

quocirca Turcæ inde depulsi Nauplias Sæcul. XV.
 terra marique obsidere tentabant, spe A.C. 1500.
 freti, se urbem expugnatos, priusquam
 obsessis Hispani suppetias ferre possent.

§. XCIII.

*Pax Gallos inter & Hispanos
firmata.*

Hæc dum interea in Morea geruntur,
 Pax Gallos inter & Hispanos con- Marian. ib.
 cluditur, iis tamen legibus: I. Fridericus n. 42.
 Neapolis regno exuatur; II. Apulia, &
 Calabria Regi Catholico asserantur; III.
 Apprutium, & cetera hujus regni loca
 Gallis cedantur. IV. Vestigalia ac redi-
 tus, qui de more ex Apuliensibus armen-
 tis proveniunt, utrique Regi æquis par-
 tibus communes sint, pari ratione in-
 cunctis Regni proventibus habita: Ve-
 rum pax adeo perperam concepta haud
 diu subsistere poterat; nihilominus ad ho-
 nestandas hæc concordia leges obten-
 debantur æqualia utriusque Regis ad
 hanc coronam jura, necnon proxima belli
 Turcici consilia. Vix utrinque pax erat fir-
 mata, cum ambo Reges de re gesta suum
 Pontificem edocent, qui ingentem læti-
 tiam testatus, utrique Regi pro omnibus,
 quæ in Neapolis Regno possiderent,
 tanquam fiduciariis sedis Apostolicæ
 clientibus diploma concessit. Ea indul-
 gentia

Sæcul. XV. gentia Alexander odium, quo in Frederi-
A.C. 1500. cum exardebat, luculentius comprobabat.

§. XCIV.

*Turcæ Naupliarum obsidionem solvere
compulsi.*

Ceterum Hispana classis haud diu in Corcyrensis Insulæ portu hærebat, sed factis inde velis ad Zacynthum Insulam procurrens, ibidem septima Octobris die appulsa est, Venetis quoque classem suam iungentibus, quibus insuper accesserant grandiora duo Franciæ navigia octingentis militibus instructa, quæ Ludovicus XII. Gallis in auxilium submiserat. Veneti his copiis aucti, Turcas Naupliarum obsidionem solvere, atque cis Moream ad Chalcidis Euripum profugere compellunt. Mutata rerum facie Constantinus Methonem expugnandam esse censebat, aliis satius fore iudicantibus, si Turcæ a Cephallenis Insula, quæ in toto suo circuitu ad centum quinquaginta miliaria protenditur, pellerentur: Horum sententia prævaluit, felixque collisit eventus; repetito enim impetu urbs pridie ad Nativitatis Dominicæ solemniam expugnabatur, centum septuaginta Turcis in hac expeditione trucidatis: Constantinus vero civitate Venetis reddita, cum classe sua in Siciliam cursum relegit, ubi violen-